



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

In Cœna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

ergo Passionem Christi D. N.

Beati S. Bonaventurae. Quibus subnectitur Deuotio se-
cundum effusionem Sanguinis Redemptoris nostri.

Cap. IV.

Compendium Dominicae Passionis.

In Coena.

1. Lauit pedes, & d. Petrum repugnantem dixit; Si *Ioan. 13.*
laueris, non habebis partem mecum.

2. Docet verbo, quod prius docuerat exemplo. Scitis,
quod fecerim vobis. Vos vocatis me Magister & Domine;
quod dixi vobis; sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros,
dominus, & Magister, & vos debetis alter alterum lauare
pedes. Exemplum enim dedi vobis, &c.

Matth. 26.

3. Notat proditorem. Amen dico vobis, quia vnus ve- *Ioan. 13.*
stris me traditurus est. Et interrogatus à Ioanne, re-
spondet Dominus; Ille est, cui ego intinctum panem per-
tuleram. Et dedit, & post buccellam introiuit in eum. Sata-
na. Va accipientibus intinctum panem consolationis
in hac vita.

4. Contendunt Apostoli de primatu. Exhortatur Do-
minus ad Humanitatem exemplo sui, & promissione *Luc. 22.*
regni. Reges Gentium dominantur, vos autem non sic;
sed, si quis maior est in vobis, fiat sicut minor. Ego autem in
medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Et ego dispono vo-
strum, sicut disposuit mihi Pater meus Regnum, ut edatis, &
bibatis super me, in Regno meo, & sedeat is super
thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.

Ioan. 13.

5. Prædicit o proximæ Passionis. Cum ergo exisset Iu-
das, dixit Iesus; Nunc clarificatus est Filius hominis; &
Deus clarificatus est in eo. Et Deus clarificabit eum in se-
culari, & continuo clarificabit eum.

6. Mandatum de Charitate. Mandatum nouum do vo- *Ioan. 13.*
bis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos, & ut vos dili-
gatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli
mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.

7. Prædictio negationis Petri. Quod ego vado, vos nõ po-
tistis venire. Simon Petrus: Domine quo vadis? Iesus; Quo
vado
ego vado

vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Petrus; Quare non possum te sequi modo? animam tuam pro te ponam. Respondit ei Iesus: animam tuam pro me pones? Amen, Amen dico tibi; non cantabit gula, donec ter me neges.

Luc. 22.

8. In iherosolymis. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dicitur vobis, qui ex hoc non manducabo illud, donec impleatur vobis Regnum Dei. Et intellige de manducatione spirituali, per fruitionem, vt in Gloria. Et accepto pane. Et dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter de Calice. Blandas erat in mensa.

In Via.

1. Prædictio scandali, & perturbationis, Huius dicto, exierunt in Montem Oliueti. Tunc dixit illis: **Matt. 26.** Omnes vos, &c. Petrus: Si oportuerit simul cum tibi, non te negabo. Similiter & omnes dicebant. Et Petro prædicitur negatio. **Matt. 14.** ait autem Dominus: Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum ego autem rogavi pro te, vt non desicias fides tua: Et in aliquando conuersus, confirma fratres tuos. **Luc. 22.** Et dixit eis: quando misi vos sine sacco. & peram, & calceamentum, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. **Luc. 22.** Dixit ergo eis: Sed nunc, qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquus deputatus est. Et enim ea, quæ sunt de n. e. finem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladii hic: At illi dixit ei: Satis est. **Ioan. 6.** Hoc dixit tentans eos, quomodo crediderat eius omni potentiam: Sicut cum dixit ad Philippum, unde erimus panes? ybi subdit Evangelista, hoc autem dicitur tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.

2. In sermone post cœnam exhortati: Discipulos, et eisque varia virtutum documenta imperantur. 1. Ad fidem. Non turbetur cor vestrum, neque formidetis. **Ioan. 14.** dicit in Deum, & in me credite. 2. Ad spem. In domo Patris